M. S. 2º. pergamino regular de 300 hojas

Tractatus legis.

Rotulata

Lectura. 11º.-

p.

De L.^o^ Don Sebastian Diego de Parada

Coleg.^e^ mayor de Sevilla

§ frater a fratre. 3 & ff. de [illegible] indebiti

ad § obtinuit 3 § multa 6 § si dubitamus 20 l. de

scriptura 26 § municipibus 98 de [illegible] et demonst.

de impossibilib. conditionib. intestati et tractat.

l. inter stipulantes 83 ff. de v. o.

Rubrica de tutellis

de Sultate

Don Pedro Calderon y Barnuevo

4 R

1

ꝑ Do Cenera
cat 5° de volum[illegible]

Ad difficiliorem totius iuris Legem Frater a Fratre 38 ff de condict. indebiti anno Domini 1622 traddita interpretatio

Quo facilius verba Iurisconsulti nostri Africani re et fama difficillima intelligi possint et quae circa eius expositionem prenotanda veniunt prius facti speciem proponere operae pretium duxi quae talis

Casus huius legis

Duo fratres erant sub eiusdem Patris potestate primus nempe et secundus, secundus peculium habebat (quod enim primus peculium habeat neque ex litera constat neque necessarium est cum comuni concedere ut infra apparebit) secundus accepit a primo centum mutuo cui idem secundus post mortem Patris cui ab intestato vel ex testamento ex equis portionibus successerunt soluit quesitum fuit ab Africano in themate an id quod secundus primo soluit repetere ab eo possit. Dubitatem faciebat quod inter istos duos fratres ex contractu mutui orta fuit naturalis obligatio ut Africanus ait in § constat autem naturalem obligationem impedire soluti repetitionem l. naturalis 19 ff de actionibus et obligationibus. Sed African. respondet pro ea parte qua secundus heres est fratri debitor patri successit repetere posse unde cum proponamus ex equis partibus successisse et hi in hemisse hereditatis dimidiam quoque partem id est 50, repetet nam cum naturalis obligatio per filium primum creditorem patri fuerit quesita ex vulgari regula legis placet 78 ff de adquir. hered.

Pater ipsi secundi fratris creditore effectus est cui postea
succedendo secundus frater amplius dici non pot debi
tor in ea parte in qua successit cum successione confusa
et sublata fuerit obligatio l. debitori C. de pactis
pro ea v. parte ex qua primus frater et creditor patri
successit videbatur repetitionem cessare cum iure naturalis
obligatio successione non confussa sed ex alio capite res
pondet African. repetitioni locum esse nempe quod secund.
frater peculium quod habebat tenet mortuo patre in
comune deducere l. certum 13 C. familiae erciscundae
et sic primus frater dimidiam eius peculii partem consequut.
unde licet obligatio secundi fratris fuerit pecuniaris et
onus peculii reale sit et sequatur peculium pro parte
peculii quam primus consequutus debet onus peculiare
subire et inde cum sic primus frater ex successione
fratris creditor sit ex occupatione cum peculii debitor con
fussa quoque est obligatio in ea parte atque ideo si
non minus quam 50 ex peculio secundi ad primum per
venerit poterit secundus frater integra centum a pri
mo repetere quam ratione tribus argumentis probat African. =
Primum est quod si pater secundo filio debitori suum
peculium prelegaret poterat primus frater creditor
ex eo prelegato deducere debitum ex ea parte qua pa
tri successit = secundum argumentum est in vers. eodemque ma
xime vero ex sententia l. C. Iuliani traditur quod si
secundus frater non fratri sed extraneo centum illa de
buisset et post mortem patris extraneo soluisset po
terat sic secundus frater iudicio familiae erciscundae
tantum a fratre consequi quantum creditor ab eo acti
de peculio id est quantum de peculio ad fratrem pervenit =
Ultimum argumentum est in vers. igitur ubi docet African. quod
si prius quam secundus frater extraneo creditori solveret

familiae

familiae erciscundae inter fratres ageret non aliter
cogeret secundus frater peculium dividere quam si
prius ei caveret pro rata peculii obvenientis fratri
praestare quod extraneo solverit ex quibus omnibus con
cludit Africanus in versiculo porro quod omnis peculii semper
sequatur peculium et multo magis adversus ipsum fratrem
creditorem defendi debere secundum in capitulo quam
occupat de peculio qui adversus extraneum defendit

Secundum in versiculo quaestio ultima est propo 2°
nit Africanus an filius qui a patre in cuius potes
tate erat centum mutuo accepit et emancipatus sol
vit possit repetere quaeritur speciei Africanus docet ip
sum minime repetere posse si nihil de peculio apud patrem
remansit quia inter patrem et filium naturalis obligatio est et mane
re comprobat ex eo quod si pater ab extraneo post eman
cipationem filii conveniatur de peculio annali actione iuxta leg. primam
ff quando de peculio actio annalis sit et sit per eam allaturus
creditor omnem peculii quantitatem pater deducit quod filio
credidit quia naturaliter filius patri debuit. ex diverso etiam
idem dicendum erit. si filius crediderit patri et emancipato
solverit pater vel heres patris ipsi filio exheredato non repe
tit quia manet naturalis obligatio quod etiam probat Africanus
eo argumento nam in computatione peculii venit id quod pater
filio debet quia naturaliter dat in utroque casu ac per con
sequens repetitio cessare debet

Hoc casu posito praemissa ad 3°
veram nostri textus materiae intelligentiam primo adverto obli
gationem duplicem esse naturalem unam et aliam civilem l. fideiu
ssor 16 § fideiussor accipi ff de fideiussoribus l. Julianus Consa
hoc titulo l. heres a debitore 21 § quod si stipulator ff de fide
iussoribus docet Aluysius in principio institutionum de obligationibus
ubi omnes et praecipue Vonius n° 4 Richardus Duarenus in titulo
de obligationibus et actionibus cap. 2° Corasius in hoc § n° 4 obligatio

autem civilis potest aut sola consistere aut coniuncta naturali
et nunc mixta obligatio a Nostratibus appellatur per se sub-
sistit quando quis tantum civiliter obstrictus reperitur contra dispositionem
aliqua iuris civilis notat glo. in l. generaliter vbi religiones C de
non numerata pecunia Bart. in d. l. Iuliam Donellus lib. 12 co-
ment cap 3o huius generis est obligatio litterarum cum quis in chiro-
grapho spe futurae numerationis confessus est se accepisse mu-
tuum quod non accepit de qua obligatione loquitur textus in l. ge-
neraliter C de non numerata pecunia principio instit. de litte-
rarum obligationibus vbi late noster Dic. Sard. materiam prosequitur
Donellus lib 4 comment cap 18 et seqq. de bust. lib 3 vario-
rum cap 10 Huic connumerari valet obligatio quae nascitur ex sti-
pulatione vi metu aut dolo extorta haec enim obligatio nuda civi-
lis est et absque obligatione naturali cum in ea aequitas deficiat
l. ex qua naturalis obligatio oritur vt infra dicemus atque ideo
exceptione doli aut metus excluditur l. siquis cum aliter 36 ff de
verborum obligationibus l. si quidam 9 C de contrah. stipulat. l. 2a
l. 2a § circa ff de doli mali et ad quem textum ad de Pacta
Donellus lib 2o rerum quotid. cap 3o et cum seqq et quando obligatio
civilis nuda quando per pactum de non petendo sublata na-
turali l. dicsum aut Pamphilum § naturalis ff de solut.
sola remanet l. si vnus 27 § pactus ne peteret ff de
pactis = obligatio civilis coniuncta cum naturali et quae mix-
ta appellatur est quae manat ex quolibet contractu
solemni et alure civili approbato tamen modo sit bona fide
celebrato et haec diffinit a Iustiniano in principio instit. de obli-
gationibus vt sit iuris vinculum quo necessitate adstringimur
etc. tenent Alciatus Hotomanus Balduinus caeterique instit.
tutiones Valerius lib. 1o declarationum cap 21 n. 18 Dua-
renus in l. a in principio vso hinc recte ff de pactis Donellus
lib 10 comment. cap 10

De obligatione naturali de qua noster
textus loquitur plura tradiderunt Bart. solut. [illegible] Castren-
sis

Nº 4

Castrensis et ceteri antiquiores in l. ex Sodue ff de ius
titia et iure Corasius in d. l. a pt. n. 20 Curatz et Hitoma
nus hic Claudius cantuncula et alij in prio insta de obli
gatib. Duarenus ad l. 1a ff de pactis et ad titulum ff ad
l. Feliciana cap. 4, et ad titulum de condict. indebiti cap. 6o
Conanus lib. 5 coment. cap. 1o n. 6 Balconus lib. 15 declaratio
num cap. 21 n. 29 Petrus Fab. in l. cum amplius § is naturale de
bet ff de reg. iuris Gobeanus d. quod natura ff ad l. fal
cidiam Menocla de pactis lib. 2o cap. 1o n. 3o Donellus lib. 12 co
ment cap. 1o ubi Sobusego v. ex eorum scriptis deduco
naturales obligationes eam dici qua licet ex consensu contra
hentium et bona fide nascatur tamen quoniam non proficiscitur
ex contractib. iure civili receptis et confirmatis iuris vinculo
et actione destituitur quare recte Donellus ubi supra obligationem
istam definit ut sit vinculum equitatis seu iuris gen
tium quo necessitate adstringimur alicuius rei solvendae
ut tamen nulla sit eo nomine actio. Dixit vinculum equi
tatis quia Hupinianus in l. Stichum aut Pamphilum § si pri
... ff de soluti. eam sic appellat et in hoc sensu
vinculum iuris gentium dicit a Jconsulto in l. cum amplius
§ is natura debet ff de reg. iuris et quamvis naturalis
obligatio actionem non producat exceptionem tamen parit l. iuris
gentium § sed cum nulla ff de pactis ibi cum excep
tiones ex equitate nascuntur l. qui equitate l. cum debita
glo. ... ff de doli except. et equitate naturali obli
gatio sustineatur nimirum si eam producat. Tandem dicitur
definitione ut tamen nulla sit eo nomine actio, quia ex sola na
turali obligatione numquam in iure datur d. l. iuris gentium
§ sed cum nulla l. in ius 5a § imperator ff de soluti.
l. 1a vi permutatio ff de rerum permutatione l. legem
l. in bonae fidei C. de pactis inqq iurib. eadem et ratione

vbi obligatio tantum naturalis dat nullam obligationem contractu docemur et huiusmodi obligationes minus proprie sic appellari testatur Consultus in l. fideiussoris § fideiussor obligari ff de fideiussoribus l. ex eo quod necessitate non obliget;

n° 5

La facte

Verum haec nostra sententia et definitio Doneli dificilis ad modum reddit ex l. naturalis 10 § fideiussor 16 § naturalis ff de fideiussoribus quatenus docent naturales obligationes non eo solo cognosci quod pecunia soluta repeti non possit sed etiam si aliqua actio eo nomine competat quod fieri non potest nisi actio ex naturali obligatione nascatur qua dificultate superat, ut Roman[us] lib. 3° observat. cap. 2° negat[iv]e adiuncta legit non competit actio et Gotofredus in notis ad dictam leges naturales verbum solo transponit post verbum vero deleto verbo etiam quorum opinio improbabilis est repugnat enim omnium codicum inveterata lectio quare illa ommissa et alia ab Osvaldo tradita in Donellum lib. 12 comment. cap. 2° litera E in fine quam in oppositione glossae in d. l. naturalis verbo competat cadit et ex notatis a Cuiatio in d. l. naturalis improbat et omnibus traditis ab alijs a Osvaldo ubi praerelatis [illegible] de [illegible] lib. 1 n. 12 cum sequentibus dicendum est ex mente eiusdem Ulpiani duos modos seu signa quibus naturales obligationes subesse cognosceremus proposuisse primum est si aliqua actio cum effectu competat tunc enim est naturalis obligatio simul cum civili alias exceptione repelleretur ut ex notatis supra n° 1° constat et exceptione obstante tanquam si non competeret iudicat actio quae inefficax est nihil interest l. 112 ff de reg. iuris l. et elegant. § ff de [illegible]

optima in terpretatio l. naturalis 10 et l. fideiussoris § naturalis ff de actionibus et obligationibus et de fideiussoribus.

fide

de dolo l. vel obligatus 2o § obligatus et l. secundo
ff de liberali causa — 2m signum proponit tn vo
verus eiusdem legis naturalis nempe si pecunia
soluta repeti non possit qa certi iuris est existente
naturali obligatione soluti repetitionem impedire l. na
turaliter 13 l. si pecunia 19 cum alijs infra citt ex
qq constat Ulpianum non probare ex naturali
obligatione tantum actionem oriri —
l ex dictis fluit clara resolutio
ad illam celebrem quaestionem ab interpretibus agitatam an na
turalis obligatio ortum habeat a iure gentium vel ab
ipso iure naturae quam latissime disputant Bart.
in l. 1 id quod ff. hoc tto Corasius in h. no 26 adeo
ut in hac quaestione Consultos ipsos contrarios fuisse
et Sabinianos a Proculeianis dissensise probat Re
bardus in l. cum amplius § is natura debet ff. de
regulis iuris in quo dubio mihi verior visa est senta
Aluisy in d. § is natura debet et in l. ex hoc iure ybo
obligationes ff de iustitia et iure docentis a iure gen
tium obligationem naturalem dimanare hoc est a iure ratio
nis quod hominibus tantum competit sive ius autem civile
vbo quod naturalis ratio in sta de iure naturali
que senta receptior est et probat ex d. § is natura
debet vbo quem iure gentium dare oportet et in d. l. Aithus
§ naturalis dum docet vinculo equitatis sustineri siendum
vinculo equitatis sustinet sive iure gentium est argumto
legis 1a ff de iustitia et iure —
Sed quamvis naturalis obligatio
actionem non pariat producit tn aliquos effectus civiles

Ut notant Doctores in l. ex locumente ff. de iustitia et iure vinctorum et meum inst. de obligat. capt. qui sint effectus obligationis Cronus in tit. n. 22 Corasius 25 Hotomanus et Luvatius in suis praefat. huius legis. Donelus lib. 20 coment. cap. 2 effectus enim naturalis obligationis civilis est ut ei fideiussor possit accedere l. 1 l. quod enim l. fideiussor, fideiussor accipi ff. de fideiussoribus l. fin. ff. de iure iurando § 1 inst. de fideiussoribus praeterea et id quod naturaliter debetur quamvis peti non possit compensetur l. etiam 6 ff. de compensationibus effectus civilis est ex naturali obligatione producitur praecipuum et qui ad nostrum meum conducit est quod naturalis obligatio impediat soluti repetitionem 38 l. naturales ff. de actionibus et obligationibus naturaliter 18 l. quod pecuniae 19 l. quod pupillus 41 l. iulian. 60 ff. h. tit. notat glossa et Bart. solus in § ei infra eodem ratio est quia naturalis obligatio sit equitas et condictio indebiti ex equitate descendat l. haec condictio 66; ff. h. tit. necessario sequitur ut quod secundum equitatem debet si solutum sit repeti non possit —

N. 7° Praeterea ad nostri textus intelligentiam suppono filiumfam. consensu capacem ex omni caussa et contractu obligari civiliter et naturaliter ac si pater fam. fuisset l. filiusfam. 39 ff. de actionibus et obligationibus l. tam ex contractu 57 ff. de iudiciis l. sigs cum filio 45 cum l. sequenti ff. de peculio; Ratio autem in promptu est quia filiusfam. ut pote civis rom. l. nam civium 4 ff. de his qui sunt sui vel. capax est obligationis civilis.

civilis et licet Alvarus in l. quod si minor § filii vero ubo, condemnabitur ff de minoribus existimaverit executionem sententie contra filium fam. differendam esse in tempus quo sui iuris efficiatur non interim quod in patria potestate sit cum nihil proprium habeat verius est durante patria potestate executionem sententie esse faciendam probat textus in l. quotiens 34 cum l. sequenti ff de noxalibus actionibus et siri habeat peculium castrense vel quasi peculium vel fideicommissum aut ad veniendum in quo possit condemnatio fieri cedat bonis alioquin detrudetur in carcerem l. 1a et penult. C qui bonis cedere possunt docent Bart. Salycetus in l. 3a § sed utrum ff de minoribus et in l. si dubitatur § filius fam. ff de fideiussoribus Cronus in d. n° 15 Corasius n° 32 et lib. 4° miscell. cap. 3° Petrus Faber lib. 1° semestrium cap. 12 Ant. Gomez lib. 2° variarum cap. 15 n° 12 Covarrubias lib. 2° variarum cap. 1° n° 1° Gutierrez de iuramento confir. matorio 1a parte cap. 15 n° 6 = Hec in regula in tribus casibus limitatur primus est in mutuo in eo enim propter dispositionem senatus consulti Macedoniani efficatur non obligatur ne alias ere alieno oppressus filius fam. mutuam pecuniam accipiendo vite parentum insidiarent l. 1a et 4a § is autem ff ad macedonianum si illud insta quod dixeo.

Secundus est in voto si filius enim fam. vovendo non obligabat sine patris consensu l. 2a § voto ff de pollicitationibus cuius rei ratio relicta interpretatione Alvari d. verbo non obligatur perdet ex eo quod antiquitus vota sive publica fuisset et que die tertio post calendas Ianuarias suscipiebant l. si calvitur alias calumniet § ult. [illegible] 233 ff de verb. sig.

a vide tex co bi de Avena in titulo de executione nu. n° 32 =

Vbi omnes et elegant Petrus Greg. in sintagmate iuris lib. 3 cap. 6 et iustus Lipsius in comment ad Tacitum lib. 16 sine priuata que per discursus anni a priuatis pro salute Principis fiebant erogat. Patrimonij in se continebant et si res ulla nominatis non uberet ut colligit l. x § 1 de voto ff de pollicitat. et precipue ex ver. fin. ubi probat obligationem votorum generalit. et indistincte ad heredes tran sire quod minus n. esset si vota aliquo apud veteres rei prestatis n. continerent sed solum personale factum argument. text. in d. sed cum factum in stat. de stipulat. seruorum l. cum heredes 22 ff d. eod. qui post probat et ex rub. et l. unica C de oblatione votorum lib. 12 conducunt notata ab Alexab Alexandro lib. 3 dierum genialium cap. 22 et l. ab Augusto lata cautum fuit ne qui nullas haberet facultates aut s. suas qui facultates haberet pro salute principis imperijue vouissent unde cum filius fam. nihil proprium habere potuisset d. l. placet ff de adquir. hered. absque consensu patris bona concedentis ex voto obligari n. potuit que ratio cessat in ceteris causis et contractib. in quo alia facultates et patrimonium per quas obligari f. continuus 137 § illud ff de verb. obligatis docent ad interpretat. d. legis 12 ff de pollicitationib. Conan. lib. comment. cap. 8 n. 6 Corasius in l. qui liberos 2 a n. 2 ff de ritu nuptiarum Alciatus lib. 5 parergon cap. 9 Lara in l. si quis a liberis in princ. n. 69 ff de liberis agnoscendis Nec ss. Sodie de iure canonico derogat. est d. voto q. filiusfam. absque consensu patris votum emittere n. pot quod erogat. patrimonij contineat nisi accedat consensus patris veluti si ad mona-

naz

eleemosinam dare promiserit aut ecclesiam construere
ut Lara ubi supra resoluit, diuus Thomas 2a 2e q.
68 articulo 8o Ascanius clemens de patria potestate
effectu 5o arti 17 soto de iustitia et iure q. 5a articulo 1o
tenebitur tamen, in voto religionis terre, sancte matrimonij,
castitatis etiam alijs que sine patris preiuditio impleri possunt
diuus Thomas ubi supra et quodlibeto 3o silvester in summa
verbo votum el segundo in quam el tercero q. 6a n. 6o Gre
gorius Lopez in L. 3a tt.o 8o p.a 1a glosa 4a

Posterior cassus est quando filius familias 9
cum patre suo vel fratre in eadem potestate con
sistente contrahit tunc enim nulla obligatio ciuilis
contrahitur sed tantum naturalis ut Africanus in hijs pro
bat quod naturalem enim obligationem que fuisset etiam
que situm quod nam manere naturalem obligationem et iterum
quod nam sic quoque manere naturalem obligationem quam pro
bat text in L. hij nulla 4a cuius hac ratio est ff de iudicijs
iuncta L. si pupilli 6a § videamus ff de negotijs gestis
text in L. actiones 7a ff de actionibus et obligationibus L. si pater
9a § fin. cum L. sequenti ff ad Macedonianum quare autem
inter patrem et filium et duos fratres in eadem potes
tate constitutos non detur ciuilis obligatio disputant
doctores inter quos ut constat ex Bartulo n. 11 et 12 Croti
n. 8o 9o et 36 Corasio 1a parte n. 36 et recitata Aluari
rationibus verbo necessitate in fine principij institutionum de obli
gationibus Bartoli d. n. 12 et aliorum pro uera ratione ob
seruandum est romane urbis initio Romulum naturalem
rationem sequutum qua pater in filium et auus in nepotes
imperium habent ut docet Aristoteles lib. 8, ethicorum
cap. 10 et 11 L. pronunciatio 195 § iure proprio ff de
verborum significatione L. centuriata patriam potestatem

his verbis induxisse, filius quamdiu vixerit in patris
potestate maneto, ut auctor est Plutarchus relatus
ab Ascanio clemente de patria potestate cap. 3º nº 1 cu
ius patriae potestatis ratione itaque Romulus alia lege La
rentibus omne ius in liberos concessit his verbis, parentum
in liberos omne ius esto verberandi relegandi et occidendi
ut referunt Dionisius Alicarnaseus lib. 2º antiqui
tatum pag. 117 Balduinus ad leges 12 tab. L. 17 Antonius
Augustinus ad easdem leges L. 6 Pinelus in rubrica C. de
bonis maternis 2ª parte nº 17 Pereira in L. si curatorem habens
sine curatore nº 38 Iulius Lipsius de legibus regijs
L. 12 Petrus Greg. lib. 11 sintagmatum cap. 5º nº 7º quod etiam
legibus 12 tab. cautum esse constat ex L. quam re
ferunt Ottom. pagª 61 Anton. Conscius lib. 2º ad
leges 12 tab. folio 157 verba haec, vir qui ex patre
matre ue fam. nasceret in patris fam. sui manu
mancipioque esset habeatque pater fam. ius in eum
vitae necisque terque venundandi filium potestatem.
et in usu fuisse has leges constat ex L. 2ª § initium
ff de origine iuris L. in suis ff de liberis et posthum.
L. 2ª C. de patribus qui filios distraxerunt L. fin. C. de
patria potestate
N 10 Ex hac patria potestate romanis
civibus concessa quam plurimi effectus dimanant ut vi
dere est apud auctores nº praecedenti traditos Covar.
lib. 3º variar. cap. 14 Forcatolus in nentiomantia iurisdicta
Cogo 15 Antonius Fabrus in iurisprudentia tit. 2º per totum
Solorzanus de parricidijs lib. 2º cap. 2º ex ea etiam ille effluxit
ut pater et filius ita coniungerent ut una eademque per
sona reputarentur L. fin. C. de impuberum § si vero mihi de Una
tilibus iunctis traditis a Plaza de delictis cap. 22 nº 1º Tira
quelo

Tiraquello in l. si unquam in prin. an. 5 C. de revocandis
donatb. et inde emancipat. quia solvit vinculum
patriae potestatis et praeterea ista qq. modis iure patriae
duae personae constituunt l. si pamphilo 10 ff de opt. le-
gata docet Theophilus in § an servo inst. de legatis
et ex hac ratione recte lis int. filium emancipatum
et patrem esse post venia a praetore petita l. 4 § 1 ff
de in ius vocando qq. licet naturaliter filius ad sue
re maneat ita ut reverentiam patri debeat l. parentes
6 ff eodem cum patria potestas dissoluta iam sit
diversa persona est filius a patre ac per consequens
recte obligatio civilis int. ipsos consistit et haec iden-
titas quae patria potestate existente dat. fit recte
cum filius sit quodammodo pars ipsius patris teste
Aristotele lib. 5 ethicorum cap. 6 Vacorio declarat.
5 n. 1 Petro Greg. d. lib. 11 syntagm. cap. 5 et probat
imperator in l. cum scimus 22 § illud C. de agricolis
et censitis lib. 11 et haec personarum unitas impedit int.
eos civiles contractus obligationes qq. cum sibi ipsi nemo
obligari possit l. 2 ff de stipulat. servor. l. utrum
ff de fideiussorib. si pater obligaret filio vel con-
tra daret obligatio et actio in una persona quod
esse non potest ait elegans textus in l. imperator 50 ff
ad Trebell. iuncta expositione Curatii lib. 11 quaest. 3
Papiniani Antonii Fabri d. 11 c., illat. 6 ...

Hinc fluit ratio propter quam int.
patrem et filium fam. obligatio naturalis recte contra-
hatur cum haec obligatio ex facto ipso aestimet. identitatem
ex iure quam ex facto et rei veritate haec est ex
consensu et aequitate ut diximus supra n.o 2 ...

tex[tus] sic intelligendus in l. nec semus 4 ff de peculio et naturalis pater et filius diverse persone sint et habeant diversos consensus et sic aequum quod int[er] ipsos actum est servari tex[tus] in l. 1a ff de pactis § 1o ff de Constituta pecunia fictio iuris civilis ex patria potestate proveniens rei veritatem et id quod natura inductum est corrumpere n[on] potuit l. filio 23 ff de liberis et posth. l. eas 9a ff de capite minutis § fin. inst[itu]ta de legitima agnatorum tutela ac per consequens obligat[ione]m naturalem impedire quamrat[ione]m crebrius admitti testat[ur] Bart solus in tex[tu] n. 11 sequuntur Paulus Castrensis n. 7o Sotin. columna 1a Salicetus n. 5o Aviat. tractatu 9o ad Africanum ad Hanc legem columna prima Vontus in pr[incipi]o inst[itu]ta de obligationibus n. 37 Lara in l. si q[ui]s a liberis in pr[incipi]o n. 45 ff de liberis agnoscendis Anton. Fab. lib 20 contecturas cap. ultimo et in iuris prudentia tit. 8o pr[incipi]o 1 illat. 6a cum seqq. que dicta tam in obligatione naturali quam civili sicut patrem et filium dicta procedunt int[er] duos fratres in eadem potestate constitutos ut African. in tex[tu] docet; isti enim pro una eademque persona habentur tex[tus] egregius in l. non solum 67 § sed etsi filius fam. ff de ritu nuptiarum.

N. 12

Richardus in pr[incipi]o inst[itu]ta de pupilla[ri] ... folium

Neq[ue] hu[ic] rationi obstat dicere natura ipsa patrem et filium pro una persona haberi ex dicta l. fin. C de impuberum et natura ex l. necum filio 16 ff de furtis ubi scriptum est n[on] iuris constitut[ione]m sed naturam rei impedimento esse ne actio furti det[ur] int[er] patrem et filium ac per consequens n[on] solum obligat[ione]m civilem sed naturalem contrahi int[er] ipsos non posse q[uia] respondet ubi illic natura ... in d. l. ultima non de iure naturali accipiendum esse sed de natura civili id est a iure civili

ciuili introducta per quam fit patria potestate
existente vnam personam censeri patrem et filium
quod verborum pene et verbum intelliguntur de
qua in d. l. vltima satis demonstrant nam haec
verba in proprietatem significat § sibi homo seruum
seruus ff de legatis 1° l. 1ª § largius ff de fluuio
rio edicto at in proprietatem minime neque naturale
patet sed tantum ciuile neque mirum autem nouum
esse vt verbum natura accipiatur de natura quam
lex ciuilis alicui rei tribuit probat textus elegans
et ad hunc propositum singularis in l. 1ª § mutuum
ff de actionibus et obligationibus dum probat mutuum
non pertinere ad obligationem verborum natura mani
festum esse hoc est natura obligationis que verbo con
trahitur et stipulatione que natura a iure ciuili inducta fuit
vt notatur in l. ex hoc iure ff de iustitia et iure § ius autem
gentium Instituta de iure naturali eodem modo enodandus
est textus in d. l. neque filio in illis verbis natura rei hoc est
natura ciuili a patria potestate descendente neque refro
gant verba illa eiusdem legis non constitutio iuris nam haec non
ita accipienda sunt quasi significet aliunde hoc impedimen
tum quam ex patria potestate nasci sed quod presupposito
illo iure patrie potestatis quod patris et filii eadem per
sona esse videatur nullo opus fuit alia iuris constitutione
ad prohibendum ne pater contra filium fam. agere possit
aut econtra sufficiente natura ipsa rei

Tertio premitto illius patrie pro — N 13
2 testatis cuius s.ª meminimus aliam fuisse et maximum
iuris ciuilis effectum quod quicquid adquirat filium fam
protinus patri adquirat l. placet 79 ff de adquir. hereditate

L. 1a § quod cumque ff si quis a parente fuerit manumissus
L. adquirit ff de adquir. rerum dominio L. cum oportet
C. de bonis que liberis § igitur in istis per quas personas
nobis adquiritur quod procedebat sive Pater adquisitionem
recusaret sive ei acquiesceret ut contra Antonium Fabrum
contrarium docentem lib. 7o coniecturarum cap. 11 defendit
et Sualdo in Donellum lib. 3o coment. cap. 5o litera L. Chu
macerus in suis disputationibus disputat. 2a per totam post
modum in nobis imperatorum Constitutionibus hoc ita tem
peratum fuit ut bona materna et adventitia Patri
quo ad usum fructum tantum quererentur reservata filio
proprietate l. 1a cum segq. C. de bonis maternis d. L. cum opor
tet docent Doctores utrobique precipue Pinellus in d. L. 1a
ubi late defendit de media iurisprudentia bona ma
terna patri quoad usum fructum et proprietatem per
filium adquiri contra glossam in L. si quis heres § fin. ff de
adquir. her. Alciatum lib. 4o paradoxorum cap. 3o et alios

14 Rursus supponendum est quod si credi
tor debitori succedat vel contra aditione haereditatis confusam
esse obligationem ita ut tollatur L. stichum § aditio ff de solutionibus
L. heres a debitore § quod si L. Urans ff de fideiussoribus
L. 1a § si debitori ff ad legem falcidiam C. de pactis
L. 3a C. de fideicomissis rationem autem diligenter inquirunt
omnes in d. L. debitori sed receptior et verior est quod
heres representat personam defuncti et eadem cum ipso
fingitur L. cum a matre C. de rei vindicatione auth. de iure
reiurando in princ. collat. 4a at idem sibi ipsi non potest
obligari non potest cum obligatio et actio diversas personas
requirat unde ne actio et passio in uno subiecto daret

aditione

2us.

Revuelta 9

adirione confusa est obligatio —

Tandem observo verbum peculium N 15
cuius mentio in iure frequens est et precipue in tit. ff. de
peculio et verbum pecunia dici a pecudibus in quibus substantia
omnis veterum consistebat ut ex probatis auctoribus
docent Cota in memorabilibus verbo peculium Wesembeg
in paratitla ad titulum ff. de peculio n. 3 et inde pecunia
grande patrimonium, peculium pussillam pecuniam sive pu-
sillum patrimonium significat l. deposito § peculium
ff. de peculio et in hac significatione accipitur in l. cogi in
principio ff. ad Trebell. l. si quis presbiter C. de episcopis et
clericis et in rubrica et toto titulo de peculio clericorum,
et ut apertius dicam peculium dicitur ex eo quod particula
re quid sit ex bonorum universitate detractum et seorsum
constitutum quod rei certe vicem habet totius patrimonii
simulatur elegans l. in l. si servus § 1 ff. de legat. 3
ubi consultus ait se senes audisse rusticos senes dicen-
tes pecuniam sine peculio fragilem esse hoc est patri-
monium fragile esse ex quo aliqui nummi in reser-
vatos usus separati non sint ut notat preciare Alciat. lib.
2 et 4 de verb. significat. Forcatulus in nentiomantia
dialogo 56 Corasius lib. 1 miscellanearum cap. 13 Reni-
ra in l. si curatorem habens verbo contractum fecisti n. 1 For-
nerius in l. paterfam. 182 ff. de verb. significat. Pine-
lus in l. 1 2 p. n. 48 C. de bonis maternis Re-
badus lib. 3 variorum cap. 17 et eis non relatis Thumaze
rus in suis disput. disputat. 9 a in principio —

Unde quod dominus servo vel N 26
paterfam. filio ad negotiandum concedunt quod separatum est
a patrimonio suo peculium appellatur ut in rubrica et toto
titulo ff. de peculio et in hoc sensu rectissime consultus

act in d. L. patrefam. ff. de Iudic. ergo patrem fam. minime peculium habere posse quoniam peculium non dicit nisi eorum qui in aliena potestate sunt. L. ult. in fine C. de inoff. test. ttº. ... egregius qui omnino sic debet intelligi in L. vindicatio ff. de rei vindicat. ommissis in praefatis congestis a Donello libro coment. cap. 4º et ... literam R. docet igitur Iulian. ibidem vindicat. non sicut quaesita et peculii receptam esse nam quae sit principaliter vindicari per a legatario etiam si in eo aliena capita sint quia non capita de per se sed quod universum petit Lega. d. § per hanc ff. de rei vindicat. at legato peculio legatarius non peculium sed res singulas vindicare debet d. L. vindicatio cuius rei ratio ex dictis dimanat quia et nisi legatum et legatario quaesitus ad singulas manet, et nomen certi universi retinet d. L. vindicatio at peculium legatum ita ... legatario quaesitum est nomen peculii amittit nam cum peculium proprie dicatur apud eos qui in aliena potestate sunt quibus non dominium peculii sed administrationem retinent d. L. pater fam. d. L. ultima et dominium iam peculii legatarium effectum propo nimus quod mirum si extinguat ipsum peculium et non possit vindicari tanquam quid universum sed tantum res de per se quae in peculio fuerint secundum ... doctrinam d. L. vindicatio.

N. 17 Hoc ipse peculium diffinit a L. in L. depositi § ... peculium ff. de peculio at sit quod servus domini permissu separatum a rationibus dominicis habet deducto inde si quid domino debet; quam diffinitionem ... de ... Lota et Forcato ... ibi ... Ioannes Baptista in repetitione huius

huius legis nº 6 Cuiatius tractatu 8º ad Africanum ad legem 38. ff de peculio Caldas Pereira in d. l. si curatorem habens verbo legis nº 89. Duarenus ad titulum ff de peculio cap. 1º quod quamquam contendat Laurentius Vala lib. 6º elegantiarum cap. 40. quod peculium respectu servorum unicum tantum est nam dominicum esse oportet ut ex aliis docet Covarrubias in h. 1ª partis nº 55. respectu autem filiorum fam. in quatuor species dividitur in castrense nempe quasi castrense profectitium et adventitium docet glossa in d. l. cum oportet in prin. C. de bonis que liberis et in § 1º, institutionum per quas personas nobis adquiritur glossa in titulo quam sequuntur Bartolus Baldus et alii in d. l. cum oportet et communiter omnes, hic, Caldas Pereira ubi supra verbo legis nº 90. Mendes de castro in d. l. cum oportet 1ª parte nº 2º, castrense peculium est, quod filio fam. ad castra eunti vel commoranti donatur aut eis adquiritur ex hereditate aut legato commilitonis l. miles 3ª l. miles 5ª §. de hereditate 19 ff de castrensi peculio l. 3ª § secundum ff de donationibus inter virum et uxorem traditis a Donatis et elegantis ab Antonio Fabro in iurisprudentia tit. 11. prin. 6 per totum et ad imaginem istius peculii quod filius fam. in palatina vel togata militia quesivit quasi castrense appellatur l. 1ª § nec castrense ff de collatione bonorum l. 3ª § dari ff de bonorum possessionibus d. l. ultima C. de inofficioso testamento quod vero propria industria aut prospera fortuna ad filium pervenit adventitium nuncupatur sive ex patris substantia vel occasione eius, profectitium § igitur liberi institutionum per quas personas nobis adquiritur l. cum oportet C. de bonis que liberis et de hoc peculio accipi debet textus in d. l. 1ª et infra apparebit quod

quodq[ue] peculium iure civili cum hereditate paterna per
misceri mortuo patre constat ex l. cum ij §
C familie erciscunde l. filie, licet C de collationib[us]
qq ita constitutis apparet iam quam eleganter African[us]
inter locat fratrem debitorem post mortem patris sol
ventem alteri fratri qui mutuam pecuniam dedit pro
qua p[at]re patri succeßit sublata naturali obligatio
ne repetare posse pro qua v[er]o p[at]re ex peculio fratris
debitoris ad creditorem pervenit et repetit[ione]s concedit
cum naturalis obligationis onus pro ea p[at]re in creditorem
transierit —

n. 12 Sed quamvis ex prenotatis iuricon
sona decissio nostra reddat ingentes tri patit difficultates et
in primis illud difficile credit quod in facti specie iuris
proponit nempe filius fam. mutuam pecuniam dedisse fra
tri suo et mutuum inter duos filios fam. constitisse quod
ipsius mutui nature repugnare videtur ad hoc enim ut
mutuum contrahatur requirit quod pecunia mutua
ta dantis sit item quod accipientis fiat l. 2 § appella
ta et § ult, l. si a furioso 12 in fine cum l. seqq. ff si
certum petatur l. si qs pro eo 56 § si nummos ff de fideiusso
ribus princ. instit. qq modis re contrahit obligatio
at pecunia a fratre data dantis non fuit cum filius
fam. nihil proprium habere possit ex iam dictis neq[ue]
accipientis cum statim ipsi patri queratur l. placet de
adquir. hered. adquisitio enim que filio fit cum nec per
momentum duret in consideratione non est l. qui sibi sol
vit 55 ff de solutib. l. fin. § fin. in fine C de bonis
que liberis auget difficultatem ex l. 3 v[ersic]o Julian[us]
alias si filius 4 ff ad Macedonianum ubi filius fam.
quamtumvis liberam habeat peculij administrationem

mutuum

mutuum non contrahit ratione subiecta a I.C. b. non enim
perdere eum peculium pater concedit liberam peculij admi-
nistrationem permittit facit text. in l. contra iuris §. si filius
ff. de pactis. Quam difficultatem ut fugiat Aluis
in d. quem Castrensis n. 4 sequitur respondet mu-
tuo acceptam pecuniam a secundo fratre debitore fuis-
se consumptam inde ergo mutuum quod a principio non cons-
titit consumptione fuit reconciliatum iuxta doctrinam
Aluisij in d. § appellata vbo tum et b. Bartolus
n. 6 Crasius d. Bolognetus in rub. ff si cer-
tum petat n. 62, pro qua facit text. in d. l. si a fu-
rioso. et si fur. l. n. omnis 19 § si pupillus
ff si certum petat. d. § si nummos quem in sententia deo
non admitti ... preterquam quod diuinat ... sapiat
uerum non est consumptione mutuum reconciliari quod
ab initio non valuit consumptio enim potius est modus
ammittendi dominij quam acquirendo argument. text.
in l. legata inutiliter ff. de adimendis legatis neque
aliquid faciunt iura pro Aluisio inducta quod
text. dicat consumptis nummis condictionem nasci est
intelligendum de speciali certi condictione quam com-
petit ex mutuo ... de generali quem toties com-
petit quoties certum aliquid petitur l. certi condictio § in
principio ff si certum petat l. 1a in fine ff. de condictione
sine caussa 19

Unde in his scolijs receptissima 20
sententia est Aluisij in d. glossa supponentis fratrem
creditorem peculium profectitium habuisse ex quo
potuit pecuniam tanquam propriam mutuo dare
et eius dominium transferre l. 2a § ultimo in ...

L. rogasti 11 § si fugitivus ff de reb. creditis. Voluntas
enim patris cuius erat peccunia intervenisse videtur saltem inter-
pretative pater enim peculii administrationem concedendo videtur
ea generaliter permittere quae et specialiter erat permissurus =
Sed tamen haec sententia quantumvis recepta mihi non videtur ve-
rissimum esse fratrem creditorem in nostra specie peculium
non habuisse primo quia in universa Africani disputatione unica
tantum peculii mentio fit et qui alterum fratrem peculi-
um habuisse proponit divinat = Secundo quia si frater
creditor peculium habuisset post mortem patris in commu-
nionem deducendum esset l. cum 13 C. familiae erciscun-
dae et sic secundus frater dimidiam eius peculii partem
consequeretur cum ex semisse patri heres sit quod cum ita
sit iniquum tamen frater debitor contenderet peccuniam repe-
tere pro ea parte qua primus sui peculii partem occupasset
cum vicissim alterius peculii pars ad se perveniret —

n. 21 Qua reiecta sententia non obstat
argumentum adductum quo probat non potuisse aliquod mu-
tuum inter duos istos fratres consistere hoc enim negamus
nam praeterquam quod ex re patris sine peculio cre-
dere potest si accedit voluntas ipsius ut ipsi Doctores
agnoscunt potest filiusfamilias validum mutuum celebrare
eius pecuniae quae sibi ab alio donata sit ea conditione
ut fratri mutuo concedat tunc enim quia a donatore
ad fratrem debitorem profecta videtur transit domi-
nium in accipientem numquam patris effectum, ut eleganter
docet Bartolus in l. sed et si quis § si ab alio ff ad Ma-
cedonianum neque dicat aliquis secundum praedictam fictionem
mutuum inter extraneum dantem et fratrem debitorem cele-
bratum videri nam cum nomine fratris creditoris mutuum

fiat

fiat ei et non extraneo etz si uere pecuniaz nume
raret obligatio queritur l. certi condictio q^a § si nummos
ff. de reb. creditis —

Praeterea non obstat d. l. tertia — n. 22
§ Iulianus alias § licet si filius 4 ff. ad macedonia
num q. si et si verissimum sit filium fam. et secundum pe
culiares nummos mutuo dantes obligare accipientes
tunc [illegible] in d. l. 2^a § ultimo vs. nec obest d. l. rogas
[illegible] § si fugitivus ff. de reb. creditis, [illegible] si ita acci
pieris erit dummodo causam peculij deteriorem
non faciat q^a pater concedendo peculium etz cum
libera administratione non ut perdat sed ut adminis
tret concedit d. l. contra iuris § si filius ff. de pactis
quare cum in specie dictae legis § vs. Iulianus filius pe
culium habens cum libera administratione a se filio fam.
qui exceptione macedoniani poterat se tueri credidisse
proponatur ac per consequens perdidisse ideo docet mu
tuum non potuisse consistere sub libera administratione non enim
perdere ei peculium pater concedit cum peculij ad
ministrationem permittit quae ratio in h. non militat cum ille filius — filius fam. si habet pe
fam. qui mutuam pecuniam accepit peculium habuisset propter — culium mutuum accipere potest
quod exceptione macedoniani se tueri nunquam poterat cum — q. a. ex consensu patris taci
ex consensu patris tacito contrahat d. l. 2^a § fin. ff. ad ma — tis [illegible] l. 3 § fin. ad macedonianum
cedonianum —

Superest in adhuc in hac difficultate scru — n. 23
pulus respectu secundi fratris recipientis mutuum deductus
ex d. l. qui sic solvit ff. de solutionibus d. l. ultima § fin.
in fine C. de bonis quae liberis cui varie satisfaciunt Bal.
et solus Paulus Castren. n. 5 in h. quorum interpretationes re
fellit Coras. [illegible] n. 9. sed ridic regulis dictae
legis qui sic solvit d. legis ultimae § fin. procedere [illegible]

dominium statim reuertitur ad dantem non autem si ad alium
transeat preterea non procedit ubi resultat aliqua
utilitas ex momentanea adquisitione l. si tibi pecuniam
20 ff de reb. creditis l. seruus dotalis § 8 ff soluto ma
trimonio at in persona fratris recipientis mutuum resultat
utilitas in eo quod quamuis patri illa pecunia mutuata
adquirat quantum peculium durat filio lucrosa apud ipsum
filium manere debet quia non solum quod pater a prio
in peculium concessit peculiare est sed et quod postea
ex peculio filius adquirit l. quam Tuberonis 7 § in
peculio ff de peculio
Preterea circa facti speciem
N 24 illud prenotandum est ideo et Fricanum in d. post mor
tem patris fratrem debitorem soluisse proposuisse quia si in
uita patris solutio fieret minime ei repetitio compe
teret nam obligatio sua naturalis passiua minime pa
tri adquisita fuit ut infra late apparebit et actiua
fratris creditoris patri quesita adhuc per successionem su
blata non est neque peculium suum communicatum int
fratres idemque dicendum esse eo casu quo post mortem
patris et ante aditam hereditatem filius soluisset tenent
Ioannes et Hugolinus relati a glossa in d. verbo post
mortem sed contrarium defendunt Aluysius et Alo
in d. l. et alij, uerum horum interpretum questio in
nostra specie frustranea est nam cum uterque frater
in potestate patris proponatur constitutus uterque suus
heres est § sui institutiones de heredum qualitate et di
ferentia § i° institutiones de hereditatibus que ab intestato
in suis autem necessaria non est aditio quia post mor
tem patris statim heredes existunt l. in suis ff de
liberis et posthumis l. in suis ff de suis et legitimis
heredibus unde cum post mortem patris debitor frater
soluerit

solverit licet nondum hereditatem adierit intelligitur
soluisse postquam patri heres extitit et sic post con
fusam obligationem 27

Haec de dubiis circa facti spe
ciem pervenimus iam ad eam quam sententiam Africani
opprimit in primis igitur docet quod frater
debitor patri suo heres extitit pro tanta repetitio
nem illud quod fratri creditori solvit cuius rei
ratio est ita, licet obligatio naturalis inter duos
fratres contracta sit quae impedire solet indebiti
solutionem l. naturaliter § 3 h. tit. in eo tempore
quo secundus solvit iam obligatio illa erat su
blata propter successionem iusta sit praedicta ir
quaestio preludio verum haec Africani sententia ex
multis reddit difficilis videtur enim quod obligatio
naturalis successione non sit confusa 26

Primo quia patri non fuit quae
sita quod probatur quia regula adquisitionis ex
fictione iuris civilis personam patris et filii pro una re
putante ut diximus late supra nº 12 descendit et ideo
in naturalibus obligationibus non potest admitti in quibus tantum
factum a fictionibus semotum consideratur l. nec servus
41 ff de peculio unde obligatio haec cum in facto con
sistat civilibus modis non admittit veluti emancipatione
§ quantum in fine hac lege l. ea quae obligationes § 2º ff
de capite minutis neque re iudicata l. Iulianus 60 infra
h. tit. factum enim numquam per filium patri adquiritur l.
qui heredi 44 ff de conditionibus et demonstrationibus § sed
neque factum vinistitium de stipulatione servorum secundo
probatur hoc ipsum ex l. sed et si damnum quia § peculium

ff. de peculio ubi deducit de peculio unius filii quod
alteri filio debet quia cum ipso filio dicatur debere, perficere
ditor est non pater. Tertio facit, quia si obligatio
naturalis patri quaereretur patri promittendo filio na-
turali non obligaretur quoniam statim efficeretur creditor
et debitor, et ita quod filius meus sub alio stipu-
lando mihi adquirit, et si a me stipuletur nihil agit,
l. liber homo 118, in prin. ff. de verb. obligat. et l.
filius 31 aliquam lex sed et si 25 § ibi Julianus
ff. de usufructu. Tandem quia si obligatio natura-
lis activa patri adquireretur, adquireretur etiam natu-
ralis passiva ex natura correlativorum de quarum
l. fin. C. de indicta viduitate tollenda et ex
regula legis cum secundum ff. de reg. iuris, contrarium
tamen docet Africanus in h. alias non fuisset necessa-
ria confusio hereditatis ad tollendam obligationem
cum sic fieret confusio quae in persona patris fieret
utraque obligatione adquisita quibus argumentis Hotoma-
nus in interpretatione huius legis Antonius Faber lib.
8 coniecturarum cap. ult. intrepide affirmant natu-
ralem obligationem minime per filium patri adquiri.
27 legis nostrum tamen invicte respondit
obstare ait Hotomanus quatenus Africanus docet filium repe-
titurum pro ea parte qua fuit heres ac per consequens natu-
ralem obligationem adquisitam esse patri quia affirmat negative
legendum esse, atqui quidem non petiturum. At sensus sit,
naturalem obligationem etiam ex mutuo pro ea parte qua debitor
heres fuit non esse confusam ideo quo repetitionem pro ea parte
cessare quia naturalis obligatio numquam patri quaesita fuit,
Verum

Verum eius cudatiam rectissime reprehendit Curat.
tractatu 9° ad Africanum ad hanc legem Robertus
lib. 1° recept. lectionis cap. 30 repugnat enim omnium co-
dicum probata fides et inveterata lectio quare et
nostrum Africanum defendant alij asserunt natura-
lem obligationem activam sicut ceteras res per filium pa-
tri adquiri quorum sententia validissimis argumentis fundatur
primo ex textu in d. l. placet ff. de adquir. hereditate
et l. si ff. si quis a parente fuerit manumissus ubi
generaliter diffinitum est quod quod per filium adquiritur pro-
tinus patri adquiri = Secundo facit nam de peculio filij
prius deducendum est quod ipsi patri debetur l. deposi-
ti 5a § peculium ff. de peculio l. 6a in prin. ff. de pecu-
lio legato § cum autem in statum quod cum eo et non solum
quod patri debet deducendum est ex peculio sed id
quoque quod his personis debet que sunt in eius potes-
tate d. l. 6 d. § cum autem inter quas sola obligatio na-
turalis consistere potest ergo et id ipsum patri vel domino
debet naturaliter cum prius deducendum sit de peculio
quam argumentationem facit Consultus in l. sed et si
damnum 9a § peculium ff. de peculio = Tertio probatur
ex nostro textu iuxta communem litteram ex cuius sententia
sic ratiocinatur Curat. in d. t., quasi non alia ratione Consultus
Africanus responderit successione fratris debitoris in
hereditate patris obligationem naturalem confundi quam quod
obligatio naturalis esset quesita patri et consequenter
per causam hereditariam filio debitori pro qua parte ipsi
patri heres extitit quesita etc. Tantum probat

q^a si obligatio naturalis patri non acquireret seque
retur inde ut qui cum filio fam. contraxit duobus te
neretur patri civiliter filio naturaliter, unde et illud absurdum
esset ut filius paciscendo vel debitum accipiendo de
traheret patris obligationi contra legem filius C de pactis
quia si debitor soluisset filio cum non posset repetere
iusta naturalitur ff h. tit. liberaret l. si non sortem
§ 26 § si decem ff eodem quod postremum sinon est ad
mittendum neque primum hanc posteriorem sententiam proba
bit hic Accursius glossa magna et sequuntur Bartolus
n° 5° et 17 Fulgosius 12. Ioannes Baptista in repe
titione huius legis n° 2° Curat. et Robertus obiter
neque ex recentioribus dissentit aliquis, excepto Hotoma
no et Fabro dictis locis et omnes conantur argumentis
in contrarium adductis satisfacere sed minus feliciter
omnes enim solutiones facile possunt subuerti.

Ego vero ut res facilem exitum habeat aduerto obligationes longe distingui ab emolumento et effectibus ipsius nam aliud est obligatio ipsa aliud emolumentum et commodum ex ipsa proveniens quod patet in eo qui ex fideicommisso universali restituit hereditatem nam hic semper manet heres et obligationes hereditarie apud eum semper durant l. et si sine § sed quod Papinianus ff de minoribus l. ei qui soluendo ff de heredibus instituendis commodum autem et effectus fideicommissario competunt § restituta institutis de fideicommissariis hereditatibus obligatio enim ipsa ita cohaeret ossibus creditoris ut ab eo auelli non possit l. 8° iuncta glossa ff pro socio; l. si Sticho § 6 ff de peculio, unde dicendum est ipsam naturalem obligationem quae ab emolumento et effectibus diuersa est

ipsi

Urb.

ipsi filio adquiri non patri id qd necessario evincunt supe
riora argumenta que retulimus n° 25 effectus autem istius
obligationis et emolumentum qui in iure retinendi et re
petitionem denegandi consistunt per filium patri adquiri
quam sententiam autoritate primo deinde ratione confir
mabo autoritate l. ex tex. in l. 1° vs° eius emolumentum
ff si quis a parente fuerit manum. Ubi Ulpianus
ait filium fam. non quidem adquirit patri adquirere
sed eius duntaxat emolumentum idest omne commo
dum ex eo provenien. conducit l. 1. C. qui admitti
Unde cum naturalis obligationis emolumentum in his
effectibus consistat per filium patri adquirunt ratione
autem id ipsum constat quod ut naturalis obligatio ad
quirit ipsi filio sic effectus eius obligationis qui ci
viles sunt similiter adquiri debent ipsi patri et inde
naturalis obligatio inefficax remanebit in persona
filii ex quo efficitur quod si filius debitor patrifamilias
dat pro qua parte ei nequaquam extitit naturalis obliga
tionis effectus patri per filium creditorem quesiti con
fundunt quorum precipuum est repetitionem impediat
pro ea parte qua ipse successit cum sit confusio repe
titionis loco et pecunie solute ut Affricanus
in d. l. ait quod omne confirmat egregie in l. sed si
damnum ff peculium ff de peculio ubi I. C. ait posse pa
tres deducere de peculio quod illis qui in sua potestate
sunt debet redditque rationem quia hoc etiam ipsi patri debet
ecce responsum I. C. prolixius filium et patrem debitores

debitores esse respectu eiusdem pecuniae vel melius respectu eiusdem obligationis quod non aliud intelligi poterit nisi dicamus ipsum filium debitorem esse respectu obligationis naturalis nudae patrem vero respectu emolumenti ex ipsa provenientis hoc est deductionis qua observatione utriusque opinionis fundamenta recte componi possunt —

